



DINI
onale
enze


VERGERIUS
1470









PETRI PAVLI VERGERII IVSTINOPOLITANI DE INGENVIS MORIBVS AC LIBERALIBVS STVDIIS LIBER.

Ranciſcus ſenior auus tuus cuius ut extāt plurimæ res magnificæ geſtæ: Ita & multa paſſim ſapienter ab eo dicta memorantur dicere ut accepimus Vbertine ſolebat tria eſſe in qbus bene cōſulere ſuis liberis parētes ut facile poſſūt ita iure meritoq; tenerent. Primum uti honeſtis illos nominibus appellent. Nam eſt ut in re parui momenti non parua iactura īdecoram nominis appellationem ſortitum eſſe ī quo quidē ſolent plerūque nōnulli errare dum leuitate quadam aut ipſi nouorum nominū auctores haberi uolunt aut ſi qua a ſuis maioribus accepērūt tanquam gētile patrimonium ad poſteros certa fide tranſmittunt. Alterum ut ī egregiis urbibus eos ſtatuant. Nam amplitudo ſplendorq; patriæ plurimū ualet cū ad opes & gloriam tum ad id quod tercio loco conſtituebatur ab illo & iam dicetur a nobis quanquā ī hoc plerūq; euēiat qd' Themiſtocles cū eſſet athēiēſis Seriphio cuidam in contētione reſpōdit dū ille non propria uirtute ſed patriæ ſplendore glorioſum factum eū contenderet. Neque enim inquit is uel tu ſi atheniēſis eſſes clarus extitiſſes aut ego ſi Seriphius eſſē ignobilis. Terciū autē erat uti bonis artibus liberos erudirēt preclare omnia ut in omni genere rerꝝ prudentiſſimus

ſui temporis & erat & habebatur Sed poſtremũ illud præter cætera commodiſſime Noque enĩ opes ullas fir miores aut certiora præſidia uitæ parare filiis gẽitores poſſunt q̃ ſi eos exibeãt honeſtis artibus & liberalibus diſciplinis inſtructos quibus rebus prædití & obſcura ſuæ gẽtis nomina & humiles patrias attollere atq; illu ſtrare conſueuerũt Nam & mutare ſibi nomen dum id ſine fraude fiat unicuique per leges licet & transferre quando libeat domicilium nemo prohibetur Artibus uero bonis niſi quis ab adoleſcentia fuerit ĩſtitutus aut ſi peruerſis infectus extiterit non facile de ſe ſperet in ætate prouectiori poſſe aut has abiicere aut illas conti nuo ſibi parare Iacienda ſunt igitur in hac ætate funda menta bene uiuendi & formãdus ad uirtutem animus dum tener eſt & facilis quãlibet impreſſionem admit tere quæ ut nunc erit ita & in reliqua uita ſeruabitur. Verum cum omnes homines deceat parentes quidem in primis eos eſſe qui recte erudire ſuos liberos ſtude ant & filios deinde tales qui parentibus bonis digni ui deri poſſint præcipue tamẽ q excelſiore loco ſũt quorũ que nihil neq; dictũ neque factũ latere põt decẽs eſt ita prĩcipalibus artibus ĩſtructos eſſe ut & fortũa & gradu dignitatis quam obtinent digni habeantur Aequum ẽ enĩ q ſibi ſũma omnia deberi uolũt debere & eos ſũma oĩa de ſe præſtare Nec eſt ulla certior aut ſtabilior re gnandi ratio q̃ ſi hi q regna obtinent ab oĩbus digniſſi mi omniũ regno iudicẽt Quã ob rem cũ ſis Vbertine primũ quidẽ nomen ſortitus quod fuit ĩ ueſtra familia

diu celebre & ab eo nuꝑ illuſtratũ ꝗ retro ſextus prĩci
patũ ex genere ueſtro tenuit : deĩde ĩ hac uetuſtiſſima
regia urbe quæ & cũctaꝝ bonarũ artiũ ſtudiis floret &
reꝝ oĩum copia in hominũ uſus habũdat ex prĩcipũ ge
nere atq; ip̃o patre prĩcipe natus ſub cuius ductu & fœ
lix urbis ſtatus & ueſtræ familiæ clariſſimũ nomen ex
creſcit ĩ dies magno opere letor ꝓ mea fide tuaq; actu
oꝝ ĩ me beniuolẽtia ꝙ te uideo cũ ꝑ parẽtis diligẽtiã tũ
maxĩe tuo iudicio ad bonas artes & præclara ſtudia oĩ
nixu ꝓpẽſũ ferri Etſi enĩ tria illa quæ diximus a parẽti
bus maxĩe deſiderari uideãt̃ ĩ quoꝝ ꝓfecto ſingulis nõ
ſum qui negem eos plurimum poſſe, præcipue tamẽ pa
rẽtes nomĩa imponũt natis caſus nõ unquã electio dat
homini patriã Bonas aũt artes atq; ipſam uirtutem ſibi
ipſi unuſqſque cõparat Quæ quidẽ præ omnibus quæ
poſſunt ab homĩbus ſtudio quæri exoptãda ẽ Nã opes
gloria uoluptates fluxæ res ſunt & caducæ . Habitus
autẽ fructuſq; uirtutũ ꝑſtat ĩteger atq; æternus manet
Hoc igitur ſi te cõmoneã ut ſedulo facias tam&ſi ipſe
libẽter id præſto uideo tamẽ eſſe nõ neceſſariũ ꝗd enĩ
aliud poſſum monere te ut facias q̃ quod ſemper facis
aut quem tibi alium ad exemplum uirtutis cõmendare
q̃ te ipſũ ? Cũ.n.ita ab ipſa natura & animi & corporis
dotibus conſtitutus uideare ut omnia magna ſperare
de te liceat :tuque adeo etiã maiora oĩa præſtes ut non
modo ſpem ſed & uota quoque oĩum exſuꝑes ꝗd ẽ ꝗd
aut adhortatiõe cuiuſquam fortius ꝓmoueri poſſis aut
cæterorũ imitatione magis accendi ? Tuo igit̃ nomine

breue hoc opus suscepi & de liberalibus adolescentiæ studiis ac moribns id est ĩ quibus rebus exerceri inge nuos adolescẽtes quidue cauere conueniat adortus sum ad te scribere non qdẽ quo ipse te sed ut ꝑ te cæteros id ætatis cõmoneã & cũ qd agẽdũ sit aliis præfinio tu qdꝫ ꝑ te facis ĩ te recognoscas. Cũ enĩ sit homo ex anima corporeqꝫ cõstitutus magnum qdẽ ab natura consecuti mihi uident̃ qbus ẽ datum ut & corporis uiribus & ĩge nii ualerent. Nã cũ plurimos uideamus qbus sine cul pa euenit nascẽtibus ut & ĩgenio essẽt tardo & corpore ĩbecili quãtas gratias haberi naturæ cõuenit si secundũ utraque hæc & integri sumus & ualidi Ita autem refe ret̃ digna naturæ gratia si nõ neglexerimus eius mune ra sed ea rectis studiis bonisqꝫ artibus excolere curaue rimus. Prĩcipio igit̃ erit unicuiqꝫ suũ ingeniũ ꝓ se spe ctãdum aut si minus per ætatem nobis perpendere id licebit parẽtes cæterique quibus curæ erimus animad uertere debebũt & in quas res natura proni aptiqꝫ fue rimus eo potissimum studia nostra conferri & in eis to tos uersari conueniet maxime uero qui sũt liberale ĩge nium a natura consecuti sinendi non sũt aut inerti ocio torpere aut illiberalibus implicari negociis.

Mnino autem liberalis ingenii primum argumẽ tum est studio laudis excitari incendique amore gloriæ unde oritur generosa quædam inuidia & sine odio de laude probitateque contentio. Proximũ uero parere libenter maioribus nec esse bene monentibus

contumaces. Nã ut equi meliores ad pugnam habent qui faciles sunt manu regi & ad tubarum clãgorem arrectis auribus exultant Ita qui iuuenum bene audiunt monitoribus & laudati excitant ad bonũ uberis spẽ frugis ferre præ se uidentur. Cum enim bonum ipsum uirtutis honestique faciem inexperti rerum complecti ratione nõ possunt quæ si posset oculis uideri mirabiles ad sapientiam ut inquit Plato & Cicero meminit de se amores excitaret proximum est ab hoc gradu ut gloriæ laudisque studio ad optima conari uelint Amplius autem & qui sunt in actionibus prompti fugientes ocium amantque semper aliquid recte agere bene dispositi natura uidentur: Nam ut in eiusdem generis similitudinibus uersemur quem ad modũ equi cursores meliores habentur qui dato signo protinus exiliunt nec calcarium stimulos aut flagelorum plagas morati sub sistunt Ita adolescentes qui constitutis horis ad solita studia intermissa quæ paulisp exercitia alacres sine monitore redeunt præclare constituti ad uirtutis opera habendi sunt. Sed & si cõminationes ac uerbera metuant magis autẽ si dedecus atque ignominiã unde nascit uerecundia quæ est in ea ætate signũ optimũ bene igit habet si & obiurgati erubescãt & castigati fiãt meliores suosque præceptores amẽt Nam & disciplinam amari indicio est nec minor uero ad omnem probitatem habenda de his spes est qui sunt natura benigni ac facile placabiles Est enim ĩ animo simile quiddam quod & ĩ corporibus nam ut in his significatio est bonæ naturæ

nullo cibo abhorrere stomachum sed quidquid ĩgerit̃ facile admittere & in alimentũ cõflare membrorũ. Ita & neminem odisse aut aspernari sed qdqd dicat̃ fiatue in meliorem partem habet omnia bene ab ipsa natura cõstituti animi signum est ac multa quidẽ ĩ hunc modũ sumi a moribus argumẽta possũt qd' uero ad corporis habitudinem attinet moles carne aptos esse mente scri psit Aristoteles de reliquis consulendi erunt qui p fiso nomiam deprӕhendi posse uniuscuiusq; ĩgenium nati uosque mores profitentur quam nos hic rationem totã relinquamus dignosci autem plerunque ut diximus ex indole potest adolescentibus nobis quales uiri futuri simus. Nam ab initio quidẽ ӕtatis ꝓfert in quibus dã natura ꝓbitatis futurӕ insigne ueluti flosculos unde bonӕ indolis iuuenes dicimus qui effigie ipa oris & ge stu cӕterisq; actibus spem de se bonam polliceri uidet̃ quibus ut turpe est expectationem hominum fallere Ita laudi his dat̃ q sine ulla tali significatione ꝓbi tamẽ euaserũt imitati pomorũ quoddã genus quӕ sub turpi atque aspero cortice suauem asseruant saporem. Hinc bene prӕcipiebat̃ a Socrate ut adolescentes in speculo suam imaginem crebro contemplarentur ea scilicet ra tiõe ut hi quibus inesset speciei dignitas uiciis illam nõ dehonestarent qui uero deformiori specie uiderentur formosos se ex uirtutibus reddere curarent Magis au tem id ipsum consequi fortasse poterũt si non tam suã speciem quam alienos probati hominis mores & uiuũ speculum intuebuntur. Nã si p. Scipio & . q. Fabius

quod omnibus fere generosis mentibus usu euenit illu strium uirorum contemplandis imaginibus excitari se magno opere dicebant Quæ res iuliuui quoque Cæsarem uisa magni Alexandri imagine ad sumam rerũ accẽdit: Quid consentaneum est euenire cum ipsam uiuam effigiem & adhuc spirans exemplum intueri licet quanquam imagines fortasse maiorum magis ad emulationem gloriæ animos excitant proterea quod hominis præsentia minuere plerunque gloriam solet & uiuentes comitari cõsueuit inuidia ad exemplum certæ uirtutis ac morum & ad omnem doctrinam ut uiua uox ita & uiui hominis mores plus ualent Debet igit̃ studiosus adolescẽs quem uirtutis ueræque gloriæ desiderium concitat unum aliquem pluresue quot uideatur deligere probatissimos uiros quorum uitam ac mores quantum per ætatem licebit imitetur. Illis autẽ cæterisque natu maioribus cum omni tempore habẽda sit grauitatis atque modestiæ ratio tum uero maxime coram iunioribus custodienda est. Iuuenum enim ætas prona est ad peccandum ac nisi maiorum exemplis au ctoritateque cõtineatur facile semper in deteriora pro labitur.

T quoniam insunt ipsis ex ætate proprii mores quod & reliquis quoque ætatibus accidit ex his qui boni sunt usu præceptisque confirmandi erunt & iuuandi q uero mali atque illaudabiles

corrigendi quorum hi quidem naturam sequuntur tan
tum Quidam autem expientiæ defectũ Alii nõ utrũq;
Sunt enim in primis natura largi atque liberales Pro
terea quod non sunt experti indigentias neq; opes eis
labore proprio quæsitæ sunt non enim solet fieri ut te
mere dissipet qui cum labore cõgregauit simul & quod
superhabundat in eis calor ac sanguis non modo in nu
trimentum corporis sed & in augumẽtum etiam quod
cõtra fit in senibus contraria id efficiẽte ratione Quem
igitur eum speremus futurũ senem qui sit in adolescen
tia tenax atque auarus non quidem quo permitendæ
sint eis largitiones quas exercere cũ discretione nume
rum personarum meritorũque nesciunt sed corruptæ
naturæ atque illiberalis ingenii sit indicium Ii igitur ad
quæstuosas artes faciunt aut manuale opus aut negoci
acionem & ad curã rei familiaris præcipue qui & si no
biliores fuerint quãdoque artes assecuti illas tamẽ sem
per ut cætera ad ignobilem quæstum redigunt quæ qui
dem res est ab ingenuis mẽtibus prorsus aliena Deĩde
sunt bonæ spei multaque ac magna sibi facile promittũt
ac præ cæteris longeuam ætatem ut quibus exsuperat
naturalis calor tanquã ad omne opus & in omne tẽpus
suffecturus Ac proter hoc ipsum magnanimi sunt &
alti cordis quoniam ẽ ea uis calidi ut sursum ferat unde
fit ut sint arrogantes & iusta Flacum monitoribus suis
asperi & contumeliosi aliis se ipsos efferentes appetũt
enim excellere ꝑter quod uolentes uideri multa nosse
faciles sunt operta reuelare & se ipsos iactantes plerũq;

mendaces inueniuntur ſimul & quia inexperti ſunt ex
timantes uera dicere ĩ plurimis fallunt̃ ab hac autẽ mẽ
tiendi uanitate deterrendi ſunt maxime Primum quod
aſſueti in iuuẽtute mẽtiri morẽ hunc uiri ſeruant quo ni
hil eſt turpius Deinde ꝙ prope nihil eque maiores of
fendit q̃ mendacia adoleſcentium qui ſtudeant pridie
nati ſenes fallaciis circumuenire. Proderit autem ſi am
moneant̃ parũ loqui & raro niſi iuſſos dicere In multo
nãque ſermone eſt aliquid ſemꝑ qđ reprehendi poſſit
quod ſi in alterutro eſt peccandũ multo ſane tutius ẽ ta
cere quã loqui. Nam qui intempeſtiue tacet hoc ĩ unũ
peccat quod tacet loquendo autẽ in multis errare con
tingit Prouidendũ etiam ne fedis atque inhoneſtis ſer
monibus aſſueſcant Nam ut eſt a græco poeta dictum
& ab apoſtolo Paulo repetitum. Corrumpunt bonos
mores colloquia mala. Secundum ſuperiorem autem
rationem quoniam ſunt excellẽtiæ cupidi ſunt etiã uere
cũdi quoniã ĩ honorari metuũt & caſtigatiõis parentũ
magiſtriq; ex recẽti meminerũt ſimul & quoniã ĩexpti
ſũt facile refelli ſe poſſe arbitrãt̃ ſũt itẽ creduli nimis ex
defectu nãq; expiẽtiæ reꝝ uera credũt eſſe quæcunque
audiũt atq; etiã de facili mutãt opiniões quoniã ſũt eoꝝ
humores ĩ motu ꝓter augumentũ corporis & habũdat
calor q maxĩe admotiões facit aĩa uero cõplexionẽ ſeqt̃
corporis ideoq; ut facile carẽtes cõcupiſcũt Ita potiti ſa
tiãt̃ cito. Paſſiões uero ſuas maxime proſequntur &
omnia faciũt ualde quoniam cõcupiſcẽtias habẽt acutas
quas calor incitat neq; uigent ratione & prudentia quæ

Ego uero iuxta terentianum Sosiam non iniuria id arbitror apprime in uita esse utile ut cōmode fiāt omnia ac nequid nimis. Sunt quoque miseratiui nec maligni moris quoniam ab generatione proximi sunt benignum habentes sanguinem cæterosque ex se extimāt quod pauca commiserunt. Quam ob rem eos credunt iniuste pati Maxime uero gaudent amiciciis & sodalitates amant quas plerunque eadem die & ineunt & dirimunt. Iuxta igitur has animaduersiones erit adhibenda doctrina & boni quidem mores assiscendi mali uero aut minuendi aut prorsus erradicandi erunt & de cura quidem iuuenum cum plurimum domesticæ disciplinæ permissum sit nonnulla tamen solent legibus diffiniri. Deberent autem ut fere dixerim omnia. Nam & publice interest iuuentutem in ciuitatibus bene moratam esse & si fuerint adolescentes ratione instituti erit id quidem utile ciuitatibus & ipsis bonū. Maxime uero ut specialius dicamus ab his peccatis prohibendi sunt in quæ facile natura ab ipsa ætate deducuntur. Habent enim & ætates sua propria quædam uicia. Adolescentia libidinibus estuat ætas media ambitione iactatur senectus cupiditate auariciaque consumitᷣ non quo ita omnes habeant sed quod in hæc uicia ex ætate ꝓniores sunt homines. Curandum est igitur ut iuuenes q̄ maxime diu ītegri seruentᷣ Immatura namq; Venus & animi & corporis uires eneruat Quod erit si choreis cæterisq; huiuscemodi ludis & itē ab omni muliebri frequētia arceātᷣ Aut si nihil de his rebus loq̄ntᷣ aut audiāt

Nam cum ipsi per se ætatis feruore ad uenerea rapiãt nulla erit spes reliqua si malignus quoq; cõsilio comes accesserit præcipue uero si nunquam missi erunt ociosi sed semper in aliquo honesto membrorum aut animi labore detineãtur. Ociũ enim ad libidines & ad omnẽ intemperantiam pronos efficit. Itaque adolescentes ni mia sospitate laborantes multo conueniet labore sanari Nec uero his ocium tantum sed & solitudo quoque uehementer est inimica quæ infirmũ animum assidua taliũ rerũ cogitatione demulcet nec alio diuerti sinit Vt enĩ q desperatione tenent solitudini minime credendi sunt. Ita & quibus uoluptate deuinctus ẽ animus Itaq; & ab omni fœditate ac nefaria turpitudĩe & prohibẽdi sunt & magno opere custodiendi nec nisi his committẽ di quorum mores & uita omnis perspecta sit quorũq; non iam exemplo peccent sed auctoritate deterreãtur quem ad modum enim teneris arborum uirgultis sti pites alligant ne aut propria molle aut ui ulla uento rum deflecti possint ita & iuuenibus adhibendi sunt co mites quorum monitis discant & conscientia retrahan tur & imitatione proficiant Continendi sunt etiam ne in aliis quæ sunt circa uitam immoderatiores fiant Nam superfluus cibus & potus & somni habundan tiores ex consuetudine magis sunt non quo uariis ha bitudinibus corporum plus minusue deberi ex his rebus negem sed quod in omnibus hominibus natu ra paucis adiumẽtis cõtẽta sit si necessitatẽ spectemus si uoluptatem nihil illi possit uideri satis A uino uero

Lymphetur

in ea ætate maxime sunt arcendi cuius nimius usus &
ualitudini bonæ inimicus est & rectæ rationis usum ma
gno opere perturbat. Qua in re nequaquam mihi ui
detur improbanda lacedæmoniorum ratio qui ebrios
seruos exhiberi in conuiuiis suis curabant non quidem
ut eorum īsulsis sermonibus aut fœdis actibus delecta
rentur. Nam inhumana uoluptas est damno hominis
aut uicio delectari hominem: Sed ut adolescentibus
suis exemplo ostenderēt quam esset turpe temulentū
uideri. Sunt igitur ut ab annis teneris assuescāt ita po
tandi pueri ut illis magis aqua temperetur quam lim
phetur uinum & tam sobrie quidem ac raro ut magis
ad molliendum cibum quam ad minuendum sitim da
tus potus uideatur. Neque enim decet quod nō modo
ad uirtutem sed nec ad bonam quoque ualitudinem ꝑ
tinet uentre cibum potumue metiri aut hibernis no
ctibus somnos æquare aut uoluptatibus modum satie
tate præfinire: sed ratione moderari omnia & ita assue
fieri ut iuueniles impetus frenare facile possimus arbi
trarique non omne quod per potentiam uel occasio
nem facere licet decere: ut faciamus ante omnia de
cet bene institutum adolescentem rei diuinæ curam
respectumque non negligere eaque opinione imbui
ab ineunte ætate. Nam quid erit illi inter homines san
ctum cui diuinitas despecta sit nec uero usq; ad anniles
decet superstitionis prouehi quod in ea ætate damna
ri plurimum solet & irrisioni patere sed ad certum
modum quanquam quis modus adhiberi in ea re

potest in qua omne quod possumus infra modũ ẽ præcipue uero qđ ĩ omni ætate abominabile ẽ monẽdi sunt non execrari diuina neq; sacra nomina irrisioni haberenec sponte facile iurare: Nam qui temere iurant crebro deierare consueuerunt. Proxime autem senibus ac maioribus natu plurimum reuerentiæ adhiberi conuenit eosque parentum prope loco existimare In quo erat romana iuuentus uetusto more præclare instituta qui senatores quos patres appellabant qua die haberetur senatus deducebant in curiam ibique assidui præ foribus aderant dimissoque senatu reducebant frequẽtes domum quæ nimirum erant rudimenta constantiæ patientiæq; in prouectiori ætate præstandæ. Qui ergo iuuenes libentes senibus hærent nec ab his facile discedunt a quibus ꝓficere possũt hi nõ temere uelle uidẽt ætatẽ uirtute præuenire. Instituendi sũt præterea quo pacto deceat admittere ueniẽtes quo abeũtes dimittere ut oporteat uerecũde salutare maiores minores humaniter colligere. Amicos beniuolosque familiariter cõuenire. Quæ cum in omnibus apte sedeant tũ uero in principibus & eorum liberis speciosa uident̃ & notant̃ in his maxime ĩ quoꝝ moribus atq; omni uita facilitas quidem amari solet grauitas uero laudari utrobique tamen uerendum est ne uel hæc in agrestem seueritatẽ aut illa in scurrilem leuitatem exeat. Hæc autem ita cõsequi poterunt si se facile quisque argui monerique patiatur quæ ratio in omni ætate & causa atque conditione salutaris est. Nam ut obiecto speculo faciei

nostræ mendas cognoscimus ita & castigātibus amicis
errores ꝑpendimus animi qui proximus est & ad emē
dationem locus. Hi autē facillime deceptiōi patent qui
nihil audire possunt quod contristet Imbecilis est enī
stomachi ferre nō posse nisi delicata decet itaq; & male
dicētes pati posse & obiurgantes audire. Nā qui se nō
patitur præsentem argui non facile solet cum est absēs
defendi: Verum eos maxime qui sublimiore sunt for
tuna & in quoꝝ manibus urbiū populorūq; ius ē decet
non mō facile sed etiā libenter bene monentes quanto
& ipsi per multā licentiā proniores sunt ad peccādū &
eorum peccata obesse pluribus solent & eo qdē magis
curandum ꝙ pauci sunt q dicere eis qđ uerū decēsque
sit audeant pauciores qui uelīt audire nam qui uult ue
rum audire facile inuenit a quo audiat. Itaque mirum
uideri potest si sit quispiā bonus aut sapiens ī potētatu
ac magnis fortunis natus nec aduersum unquam casū
expertus & si quis sit huiusmodi hunc pro quodam q̄si
terreno deo amandum collendumque existimo. qppe
cum inter affluentiam rerum ad omnes uoluptates sup
petentium & facultatem assequendi quæcūq; cupierīt
& adulatorum ingentem copiam qui solent ex stultis
insanos facere uix rationi ac recto iudicio uacat uspiam
locus Id pulchre Plato sentiebat & commode paucis
uerbis significauit quem nos locum huc ad uerbum ex
Gorgia transferamus Difficile est enim inquit & pluri
mum laude dignum in magna peccandi licentia iuste
uixisse: Sed & nimia quoq; parentū īdulgētia emolire

plato ī gorgia

atq; eneruare adolescentes cõsueuit q̄ in his plerunque manifestum ē qui sub uiduis matribus per delicias sunt enutriti. Placet igitur quæ est apud quasdam gentium cõsuetudo ut liberos suos aut extra ciuitatem aut certe extra domũ apud cognatos suos aīcosue educari curēt quos & si plerũq; īdulgētiores īuenerīt hoc ipm tamen qd' ī aliēa domo uiuere se ītelligũt solutiorē illis licētiā adimit & melioribus studiis quæ liberalia dicimus ītē tiores reddit de quibus tēpus ē iam nos dicere.

Iberalia igitur studia uocamus quæ sũt homīe libero digna ea sũt qbus uirtus ac sapiētia aut exercet' aut quærit' quibusq; corpus aut aīus ad optima quæq; disponit' unde honor & gloria homi nibus quæri solet quæ sunt sapienti prima post uirtutē proposita præmia Nam ut illiberalibus īgeniis lucrum & uoluptas pro fine statuit' ita īgenuis uirtus & gloria Oportet igitur a prima infantia his ītendere & ad sapi entiā omni studio conari Nā si nulla est priuatarum ar tium etiam earꝶ quæ minus acuminis exigunt quam ex cellenter assequi quis possit nisi ab teneris annis illi īcu buerit quid de sapientia iudicabimus quæ tam multis magnisq; rebus constat & ī q̄ arte totius uitæ præcepta rationesq; cõtinent' non erimus profecto quoniā sapien tes & haberi & esse oēs uolumus nõ erimus inq̄ ī sene ctute sapiētes nisi iuuenes primũ bene sapere cœpimus Nec uero suscipiendum est quod omnibus pene uulgo usurpatum est ut existimemus eos qui iuuenes supra

ætatem recte sapiant maiores factos desipere aliquãdo solere quanquam & hoc in quibusdam non abhorreat a philosophica ratione quibus cũ impuberibus sensus ui geant crescente postmodum ætate marcescant Quo in genere recte est senex quidam ab adolescente consuta tus obscurum est autem utriusque nomen cum enim is præter ætatem prudẽs probusq; haberetur senique ad miraculum illum ostenderent. Erit igitur inquit in se nectute demẽs qui sit in adolescentia tam sapiens & ita quidem uoce sublata ut adolescens audiret. Ille uero in nati acuminis nihil oblitus atque in eum protinus con uersus tu ergo inquit præclare in adolescentia sapiens extisti suisque illum ut aiunt armis confodit. Et est quidẽ ex natura ĩ plerisq; iuuẽibus tãta ĩgenii celeritas ad ĩtelligẽdũ & ad ĩuestigãdum tãtũ acumẽ ut uel sine multa doctrina de rebus maxĩs loq possint sẽtẽtiasq; di cere grauissimas quorũ ĩgenita uis si eruditione corro boretur iuueturq; disciplina sũmos uiros parere ea res solet. Vt igitur ii diligẽter curãdi sũt ita nõ negligendi qui mediocri ualent ĩgenio quin uel hoc potius iuuãdi quod est in eis uis naturæ defectior omnes tamẽ a pue ritia studiis laboribusque mancipandi sunt dum faciles animi iuuenum dũ mobilis ætas ut est Maronis uersus atque eo magis tunc insistendũ quo ætas illa eruditioni aptior est quã cæteræ quanquam in omni ætate discẽdũ est nisi fortasse turpius aliqñdo est discere quã nescire Quod cõtra indicauit Cato illæ portiæ familiæ prĩceps qui latĩas litteras prope senex græcas iam certe senex

Maro

edidicit nec credidit seni turpe discere qđ esset pulchrũ homini scire Socrates etiã tantus philosophus iam æta te prouecta fidibus operã dedit digitosque suos magi stro formandos comisit cum nostros Interea iuuenes si placeat deo præ molicie discere pigeat & uix dum ab lactatos pudeat sub magistro esse qui tamẽ iudicio pro prio minime cõmitẽdi sunt sed uariis artibus ad bona rectaque studia inducendi. Nam alii quidem laude & per speciem honoris alii munusculis blanditiisque allici endi minis alii flagelisque cogendi erũt Atq; hæc qui dem omnia ita rite pensanda rationeq; moderãda ut & ĩ eodẽ ĩgenio uicissim his artibus præceptores utãt̃ & cauẽdũ ut neq; nimiũ illis faciles neq; nimiũ seueri sint nã ut nimia licẽtia bonã ĩdolẽ soluit ita grauis & assidua castigatio ingenii uim eneruat naturæque igniculos in pueris extinguit qui dũ timẽt omnia audere nihil pos sunt fitque ut pene semper errent dũ in singulis rebus errare se timent Maxime uero in quibus superhabun dat nigra colera laxius continendi erunt eosque pluri mũ suo arbitrio permitti cõueniet & libertate iocisque oblectari in quo genere cõplexionis non omnes quod Aristoteles uoluit sed plurimi certe ĩgenioso℞ sũt ue℞ euenit ut plerique ingenio liberali præditi dũ recta stu dia sequi contẽdunt aut manu iniecta reuocant̃ aut qui busdam oppositis quasi repagulis in ipõ cursu subsiste re coguntur aut alio diuertuntur Plurimis enĩ angustia rei familiaris impedimento fuit quæ liberum animũ & ad meliora natum quæstui coegit inseruire tam&si per

Socrates

Atrabilis

extremas difficultates generosa natura solet in altum emergere & magis profusa rerum copia quam summa inopia bonis ingeniis nocere consueuit Cum de his nō sine indignatione dici soleat. O quam magnus hic erat futurus uir si in mīoribus esset fortunis natus. quibusdam parentum imperium & ab infantia suscepta consuetudo obstitit. Nam & quod minoribus nobis consuetum est facile id maiores facti sequi solemus & pueri libenter parentum studiis quibus innati atque innutriti sunt dari se patiunt̃ Sed & id quod ē in ciuitatibus consuetum plurimum sequimur tanquam sit id optimū factu quod cæteri & probant & faciunt. Ergo difficillima omnium est ea deliberatio nam aut libera non est aut ad eam nō nisi falsis opinionibus ībuti ex mala consuetudine & hominū peruerso sermōe uenimus Datū tamen est quibusdam munere dei singulari ut ipsi per se rectam uiam sine ullo duce & iure & tenere potuerīt Paucis illis quidem & quos æquus ut ait poeta. Iupiter amauit aut etiam genuit ut fabulis quoque aliquid demus. Qualem in primis Herculem accepimus quod & græci tradunt & latini post eos meminerunt. Hic enim cum duas cerneret uias unam uirtutis alterā uoluptatis forte id ætatis agens quando de tota uita deliberatio sumenda est ī solitudinem secessit ibique multum ac diu secum cogitās ut est ea ætas imbecili iudicio consilioque uirtutem tandem reiecta uoluptate complexus est Vnde sibi per multos ac graues labores opinione hominum iter in cœlum extruxit Ita igitur ille

herculis

nobiscum autem bene agitur si præceptis manuque de
ducimur ut probi simus aut si qua ui etiã necessitateq;
ad id cogamur. Est enim fœlix necessitas quæ cogit ad
bonum Quanquam & tibi quoque Vbertine id uideo
in parte contigisse Cum enim sint ex studiis atque arti
bus hominum duæ præcipuæ quæ & ad excolendam
uirtutem & ad parandam gloriam maxime sũt affines
Armorum uidelicet ac litterarum disciplina liceretq;
tibi per parentis indulgẽtiam solam militarem quæ fa
miliæ uestræ prope peculiaris est prosequi tu utranq;
ita es & ĩdustria & studio tenaciter complexus ut æqua
libus tuis longo interuallo post habitis cum maioribus
quoque certare in utroque laudis genere possis. Pro
be igitur facis qui & militarem disciplinam in qua sem
per tui maiores excelluerunt non negligis & ad uete
rem hanc domesticam gloriam nouam etiam litterarũ
laudem adiicere temptasti. Neque enim imitari eos
studes. Est autem horum nostris temporibus turba in
gens qui sibi opinionem doctrinæ ut dedecus abhorrẽt
aut Licinii quondam romanorum imperatoris sentẽtiã
probas qui litteras uirus ac pestem publicam appella
bat Multo magis quod ille ait beatas fore res publicas
si uel studiosi eas sapientiæ regerent uel earum recto
res sapientiæ studere contigisset Et quidem quod ue
rum est litterarum disciplinæ neque dementiam adi
munt neq; malignitatem quin magis ut eos qui ad uir
tutem & sapientiam nati sunt magno opere adiuuãt
ita pſæpe sũt aut indicia stulticiæ detegendæ aut ĩstru

menta pernitiosioris iniuriæ. Nam & Claudium ne a romanis principibus discedamus Sane doctum accepimus & Neronem eius priuignum atque ĩ principatu successorem eruditum in primis fuisse constat quorum prior insignis uecordiæ fuit alter crudelitate atque omnibus flagitiis contaminatus Qui tamen sub obtentu clementiæ dixit aliquando optare se litteras nescire quod & optandum sibi profecto fuerat si modo non alia ratione quam litterarum ignarus esse clemens potuisset Sed opinor eum si & litteras quoque quæ male apud se habitabãt eiecere sibi prorsus licuisset tam mature ac libẽter facturũ fuisse quam illam simulatam ad tempus clemẽtiam exuit ne cui uirtutum aut bonarũ artium reliquus in se locus esset. Contra uero Iacobus carraria proauus tuus & prudens uir & princeps magnanimus ipse quidẽ non magno opere doctus miræ tamen in modum doctos coluit ut id unum fortunæ suæ defuisse indicaret quod non esset quantum modestum hominem optare liceat eruditus & in senectute quidem optare licet consequi uero non facile nisi ab initio ætatis studio laboreque nobis doctrinam parauerimus. Paranda sunt igitur ĩ iuuentute solatia quæ honestam senectutem possint oblectare Nam quæ sunt iuuentuti laboriosa studia ea erunt iocunda ocia senectuti. Et sunt in hac re sane magna præsidia siue contra languidum torporem remedium quærimus siue sollicitis occupatiõibus solatium

Iacobus carraria

Nam cum duo sunt genera uitæ liberalis unum quod totum in ocio ac speculatione est alterũ quod in acti one negocioque consistit. In priore quidem quam sit necessaria cognitio usus que scripturarum nemi nem existimandum est latere. In posteriore uero quam sit utilis facile hinc dignosci potest: Nam qui ad res gerendas animũ applicant omitto q̃tum & præceptis illorum qui scripserũt & eorum exem plis de quibus scribitur prudentiores fieri possunt sed siue rem publicã administrent siue foris ĩ bellis aut domi ĩ suis amicorumque negociis uersentur nõ habent fatigati qua alia in re iocundius adquiescere ualeãt Cum etiam incidant tempora & horæ ĩ qbus ab huiusmodi rebus uacare necesse est. Nam & a re publica sæpe inuiti ꝓhibemur & non semper gerun tur bella & singuli dies noctesque aliquid habent quo domi contineri & esse seorsum oportet In hoc igitur tempus cum nihil nobis per ociũ agere foris licebit Lectio librique succurrẽt nisi prorsus somno indulgere aut ĩerti ocio tabescere uolemus aut morẽ imitari domiciani prĩcipis qui singulis diebus certis horis secretus ab omnibus stilo ferreo muscas inse ctabatur Fuit hic quidẽ Vespesiani filius Titi uero minor natu frater utrique profecto lõge impar imo uero tanto omnium teterrimus quanto Titus ꝓbissi mus est omnium habitus quem historiæ delicias hu mani generis appellauere Itaque & eius memoria tam celebris est quam illius execrabilis Libero &

duo genera uitę

domitiani

enim iudicio de rebus uitaque hominum posteritas utitur quæ nec uituperare improbos metuit nec laudes inuidet benemeritus. Qua quidem ĩ re magna est ut uidemus prærogatiua principibus Imo uero prope dixerim necessitas proposita bene gerendarum rerum si iudicium hominum & famæ apud posteros æternitatem spectare uelint nam ĩ cæteris quidem humilioribus magna ui ac uirtute opus est ut in lucem emergant & eorum peccata suæ sortis obscuritate teguntur In principibus uero & magnis uiris probitas siue quod rara sit in multa fortuna ac proterea magis admirationi habetur siue quod ex fortunæ splendore magis illustretur ea uel si modica est preclara atque insignis habetur male facta autem nec latere quamuis secreta possunt nec cognita diu taceri illi enim ipsi qui aut ministri sunt uoluptatum aut socii criminum consciique factorũ efferunt & primi damnãt. Quo ĩ genere eius ipsius Domitiani dementiam e cubiculariis unus urbano schemate notauit Aliquando enim interrogatus essetne quisquam cum Domitiano intus respondit ne musca quidem quasi ille studio suo omnes sustulisset huic eius occupationi tam ĩdecoræ uenia forte posset indulgeri si modo constaret quidnã per hiemem solus agere consueuisset aut si nõ maiore odio ex tetris facinoribus quam ex hoc aucupio tã fœdo irrisione se dignum præbuisset. Nam quod Scipio dicere de se solebat nunquam minus solũ aut ociosũ

domitianus

Scipio

esse quã cũ ociosus aut solus uideretur non facile cui uis potest cotingere sed solis magnis ĩgeniis atque excellenti uirtute præditis tam&si nihilo mihi ui detur minor qui contra & in turba solitudinem seruare potest & ĩ negocio quietẽ quod de Catone quidem scriptum est qui interea dum senatus coge retur lectitare in curia libros frequẽs solebat Vnde nimirum & in rem præsentem & in omne tempus saluberrima patriæ consilia dictabat. Quod si præ terea alius nullus ex litterarum studiis fructus habe retur qui utiq; & plurimi sunt & maximi satis tamẽ habunde magni uideri debet res momẽti quod inte rea dum attenti legimus a plerisque auocamur quæ non possemus aut sine turpitudine cogitare aut re minisci sine molestia Nam si quid est aut in nobis ipsis aut in fortuna nostra quod nos offendat ac fa cile ratione leuamur Præter id quod mirabiles uo luptates in animis hominum doctrinarum studia pa riunt & uberrimos afferunt in tempore fructus si quando in bonam mentem & ei culturæ idoneam tale semen inciderit. Ergo cum soli sumus ab omni bus & cæteris curis uacui quid agere melius possu mus quam libros cõuenire ubi sunt omnia uel ame nissima ad cognoscendum uel ad bene sancteque ui uendum efficacissima. Nam cum ad cætera quidẽ plurimum ualent tum uero maxime ad saluandum uetustatis memoriam necessaria sunt monimenta litterarũ quibus res hominũ gestæ fortunæ euẽtus

Cnto

ĩſperati naturæ inſolita opera & ſuper his omnibus rationes temporum continentur memoria & enim hominum & quod tranſmittitur per manus ſenſim elabitur & uix unius hominis æuum exuperat. qd' autem libris bene mandatũ eſt perpetuo manet niſi pictura forſitan aut exciſio marmorũ aut fuſio metalorum poteſt etiam tale quoddam præſtare uerũ ea nec ſignant tempora nec facile uarietatem indicãt motionum & exteriorem tantum habitũ exprimũt ac labefactari facile poſſunt Quod autẽ litteris tradit nõ mõ hæc quæ dicta ſũt efficit ſed & ſermones quoq; notat & cogitatus hominũ effingit ac ſi pluribus exemplaribus uulgatum eſt non facile poteſt ĩterire ſi modo & dignitas accedat orationi. Nam quæ ſine dignitate ſcribuntur ea nec ſortiuntur fidẽ nec ſubſiſtere diu poſſunt. Quæ igitur poteſt eſſe uita iocũdior aut certe commodior quam legere ſẽp aut ſcribere & nouas quidem exiſtentes res antiquitatis cognoſcere præſentes uero cum poſteris loqui atque ita omne tempus quod & præteritum eſt & futurum noſtrum facere. O præclaram ſuppellectilem librorum inquam ut nos & o iocundam familiã ut recte Cicero appellat utique & frugi & bene morigeram non enim obſtrepit non inclamat non ẽ rapax non uorax non contumax iuſſi loquuntur & itẽ iuſſi tacent ſemperque ad omne imperium præſto ſunt a quibus nihil unquam niſi quod uelis & quãtũ uelis audias. Eos igitur quoniam noſtra memoria

pclara librorũ ſupellex

non eſt omnium capax ac paucorum quidem tenax & uix ad ſingula ſufficit ſecundæ memoriæ loco habendos aſſeruandoſque cenſeo. Nã ſunt litteræ quidem ac libri certa rerum memoria & ſcibiliũ omniũ communis apoteca Idque curare debemus ut quos a prioribus accepimus ſi nihil ipſi ex nobis gignere forte poſſimus integros atque incorruptos poſteritati tranſmittamus eoque pacto & his qui poſt nos futuri ſunt utiliter conſulemus & his qui præterierunt uel unam hanc ſuorum laborum mercedem repenſabimus. In quo iuſte forſitan poſſumus quoddam ſeculum proximaſque ſuperiores ætates accuſare indignari quidem licet proficere autem nihil qđ tam multa illuſtriũ autorũ præclara opera deperire paſſi ſunt. Et quorũdam quidem nomina ſola ſumis cum laudibus ornata aliorum etiam pars uigiliarũ & fragmenta quædam operum ad nos peruenerũt unde fit ut ex ſplendore laudum ac nominis opera deſideremus illorum. Horum uero reliquos labores deperiſſe indignemur ex earum rerum quæ ſuperant adhuc excellentia ac dignitate tã&ſi ea ipſa in pleriſque partium ſuarum tam uicioſe correcta quædam etiam interciſa ac mutilata ſuſcepimus ut pene melius fuerit ex his nihil ad nos pueniſſe Sed in hac iactura quæ maxima eſt nõ debet id minimũ uideri quod res plurimas noſtras atque itala facta cognitione digniſſima pro magna parte latere nos contingit quoꝝ noticia cũ libris ſimul ac monumẽtis

eorum periit Sicq; q barbaro℞ res gestas nouimus plerasque ex nostris casu librorũ ignoramus Et ẽ eo deuentũ ut latinæ quoq; historiæ & cognitionem & fidẽ a græcis autoribus exigamus. Plurima nãq; talium quæ apud nos sunt aut anguste ꝑscripta aut ꝓrsus incognita late apud eos diffusa repiunt̃ quãq̃ & ea ipsa græca oratio quæ nostris maioribus esse quondã domestica ac ꝑfamiliaris solebat apud suos pene ĩteriit apud nos uero ꝓrsus extĩcta ẽ nisi pauci qdã q hac ætate illi ĩcubuerũt iã e sepulchro ĩ lucem reuocẽt Sed redeo ad historiã cuius eo grauior est iactura quo eius rei cognitio & utilior ẽ & iocũdior Nã liberalibus quidẽ ingeniis & his q ĩ publicis rebus & hominũ cõmũitate uersari debẽt cõueniẽtiora sunt historiæ noticia & moralis philosophiæ studiũ Cæteræ quidẽ enim artiũ liberales dicũt̃ qa liberos homines deceant filosophia uero idcirco ẽ liberalis quod eius studiũ liberos homines efficit In horum igitur altero præcepta quid sequi quidue fugere cõueniat in altero exempla inueniemus. In illa enim omnium hominũ officia reperiunt̃ & quid quẽque deceat. In hac uero qd factũ dictũue sit suis quoq; tẽporibus adiicendũ ẽ ad hæc ni fallor & terciũ id ẽ eloquentiã quæ ciuilis sciẽtiæ quædam pars est Per philosophiã siquidẽ possumus recte sentire quod ẽ in omni re primũ per eloquẽtiã grauiter ornateque dicere qua una re maxime conciliantur multitudinis animi per historiam uero in utrunque iuuamur

philosophia

Nā ſi ſenes idcirco prudentiores iudicamus eoſque libenter audimus quod ꝑ lōgā uitā & in ſe multa ex perti ſunt & ī aliis pleraq; uiderūt atq; audierūt qd de his eſt iudicādū q multorū ſæculorū res cognitu dignas memoriter norunt & ad omnē caſū ꝓferre illuſtre aliquod exēplū poſſunt Ex qbus id efficitur quod ē ſūmi uiri & omnino excellentis ingenii ut & optime quis dicere poſſit & ſtudeat q̄optime face re. Erant autē quattuor quæ pueros ſuos græci do cere conſueuerunt litteras luctatiuā muſicā & deſi gnatiuā quā protractiuā quidē apellāt De luctatiua & muſica dicet̄ poſtea deſignatiua uero nunc in uſu nō ē ꝓ liberali niſi q̄tū forſitan ad ſcripturā attinet. Scribere nāq; & ipſū eſt ꝓtrahere ac deſignare quo ad reliq̄ uero penes pictores reſedit Erat autē non ſolū utile ſed & honeſtū quoq; huiuſcemōi negociū apud eos ut Ariſtoteles īqt nā & ī emptiōibus uaſo rū tabulaꝝ q; ac ſtatuarū qbus græcia maxime dele ctata ē ſuccurrebat ne facile decipi precio poſſent & plurimū cōferebat ad depræhēdēdā reꝝ quæ natura cōſtāt aut arte pulchritudinē ac uenuſtatē qbus de rebus ptinet ad magnos uiros & loqui īter ſe & iudi care poſſe. Litterarū uero magnus ē ſemper fructus & ad omnem uitā & ad omne hominū genus præci pue uero ſtudioſis earū ut ad accipiendā doctrinam ita & ad confirmādum eius habitum reuocandamq; ipſoꝝ lapſorum memoriā Ante oīa igitur ſi qd pro ficere de doctrinis uolumus cōgrui ſermonis habēda

designatiua

est ratio & curandũ nedũ maiora ꝓseqmur turpiter in minoribus labi uideamur proxime huic disputãdi ratio adhibenda est per quam in una quaque re qd uerum falsũue sit facile argumentãdo quærimus ea cũ sit discendi scientia sciendique disciplina ad omne doctrinarũ genus uiam facile apit Rhetorica uero tercia est inter rationales disciplinas per quã artifici osa quæritur eloquentia quã & terciã posuimus ĩter præcipuas ciuilitatis partes uerum ea cum nobilium hominũ studiis celebrari olim cõsueuisset nũc pene prorsus obsoleuit nam a iudiciis quidem eiecta peni tus est ubi non ꝑpetua oratione sed inuicẽ dialetico more adductis in causam legibus contẽdit̃ In quo genere pleriq; quõdã ex romãis adolescentibus ma gnam gloriã sũt assecuti aut ferẽdis sõtibus reis aut defendendis insõtibus. In deliberatiuo uero gene re iam apud principes & rerum dominos nullus ẽ ei locus quoniã paucis expediri uerbis sententiã uo lunt & nudas afferri ĩ cõsiliũ rationes in populis qui uel sine arte copiose dicere possunt clari habẽtur de monstratiuũ restat genus qd' ut nusquã ẽ usu subla tũ ita uix usquã ratione inuenit̃ Nã ĩ faciendis ora tionibus his artibus utunt̃ fere omnes quæ contra artem bene dicendi sunt quæ cum ita sint elaboran dum ẽ tamen ei quem uolumus esse bene institutũ ut in omni genere causarum ornate copioseq; possit ex arte dicere. Proxima huic est poetica cuius stu dium & si conferre plurimum & ad uitam & ad

Rhetorica

poetica

orationem potest ad delectationem tamen magis uidetur accommodata. Ars uero musicæ nam & ea audientem delectat magno quondam apud græcos honore habebatur nec putabatur quisquã liberaliter eruditus nisi cantu & fidibus sciret Quam ob rem Socrates ut ipse senex didicit ita ingenuos adolescẽtes erudiri in his iussit non quidem ad lasciuiæ incitamentum sed ad motus animæ sub regula rationeq; moderandos ut enim non omnis uox sed tantũ quæ bene consonat ad soni melodiam facit ita & motus animæ non omnes sed q rationi cõueniunt ad recte uitæ armoniam pertinẽt uerum cum ad remissionẽ animi sedandasque passiones plurimum ualeat modulationis usus tum uero eius disciplinæ cognitio digna est ingenio liberali secundum quam rationẽ speculamur sonorum uarias naturas ac potestates ex quibus inuicem proportionibus consonantias dissonantiasque causari contingat. Quem ad modum & de numeris ratio quæ arithmetica dicta est & de magnitudinibus quæ Geometria est appellata in qbus secũdũ uarias relationes pariũ uel ĩpariũ & item linearum superficierum aut corporum uariæ species numerorum magnitudinũq; constituũtur multaq; his inesse ꝓpria demõstrantur quæ cognitio iocũdissima ẽ & præcipuã in se certitudinem cõtinet. Sed & illa quoq; pulcherrima ẽ quæ de siderum motibus magitudinibus ac distantiis ꝑtractat Euocat enĩ nos ab his tenebris & crasso aere & ĩ superiorẽ illam luccidissi

Musica

geometria

Astronomia

mam domū tot luminaribus distinctā oculos atque animum inducit In quam aspicientem iocundum ē & fixarum stellarum imagines discernere & erraticas suis locis nominibusque denotare earumque cōiunctiones & item solis lunæq; defectus Longe ante præuidere atque prædicere maxime uero scientia de natura intellectui humano consona atque conformis est per quam naturalium rerum animatarum inanimatarumue principia passionesque & eorum quæ cœlo & mundo continentur motuū ac transmutationum causas effectusque cognoscimus ac multorum quidē possumus causas reddere quæ uulgo miranda uideri soleant Quæ cum omnia iocundum ē intelligere tum maxime negociari circa eas quæ in aere & circa terram fiūt impressiones iocundissimū est. Aeque uero & quæ his annexæ sunt cognitiones pulcherrimas inquisitiones habent ut est pspectiua & de pōderibus tradita ratio. Et quoniā qdē dicendo hactenus prouectus sum reliquas quoque disciplinarum attingam Medicina igitur est cognitu pulcherrima & ad salutem corporum commodissima uerū exercitium habet minime liberare Legum peritia publice priuatīq; utilis ē & magno ubiq; honori habet̄ & ipa quidem a morali philosophia deriuata ē quem ad modum ab naturali medicina Quā ut honestū ē aut audiētibus īterpretari aut in iure disceptātibus de iure cōsultū apire ita ē īdecorꝝ tractātes causas ƥtio cōuētiōeq; opas uēditare sciētia uero

diuina est de causis altissimis & rebus quæ sunt se motæ a nostris sensibus quas intelligentia tantum attingimus. Principales itaque disciplinas fere cõnu merauimus omnes non quo unicuique omnes ne cessario apprehendendæ sint ut doctus tandem aut sit aut habeatur. Nam & singulæ totum sibi homi nem uendicare possunt & utrunque ē uirtutis opus ut modestas opes ita & mediocrē posse pati doctri nam sed ut ad quam quisque aptissimus erit eam potissimum amplectatur quanquam ita sunt coniunctæ doctrinæ omnes ut nulla quæuis igno ratis prorsus aliis egregie percipi ualeat. Sed īgeniorum diuersa sunt genera quædam enim facile inueniunt in una quaque re argumentum & modum quo suum propositum inferāt. Quædā uero tarda sunt ad inueniendum uerum solida ad diiudicādum & priores quidē illi quibus ita est īgenium ad oppo nendum aptiores sunt posteriores uero ad respō dendum. Item illi ad poeticam faciunt & ad ratio nales scientias hi uero ad reales. Sunt autem & aliī ingenio quidem ueloci lingua uero sermoneque tar diore & hi ad compositum sermonem orationem que rhetoricam ualere uidentur. In utraque uero imprompti ad dialeticas disputationes præclare fa ciūt quibus autem sermo uelocior ē q̄ ingeniū id est lingua q̄dē sunt ꝓmpta ingenio uero tardo ad neutrꝝ genus ualent orationis Amplius ī q̄busdam memo riæ uis multa uiget & hi ad cognitionē historiarum

ualent & compræhendēda legum ampla uolumina In quo ſcire nos oportet memoriam præter īgeniū ualere non multū īgenium uero ſine memoria ꝓpe nihil Quantum quidem ad diſciplinas attineat ad agibilia uero contra proterea quod mādari ſcriptis uice memoriæ acta res agendaq; poſſit. De doctri nis autem non uidemur id ſcire quod non memori ter ſcimus aut non facile reminiſci poſſumus. Sunt præterea quibus eſt uis animæ ab ſenſibilibus & ma terialibus rebus abſtracta & ſeparatis atque uniuer ſalibus appræhendendis aptior alii contra circa par ticularia diſcurrere & negociari ſunt proniores & hi quidē ad prudentiam & ad naturalem ſcientiam Illi uero ad mathematicas faciunt & ad diuinā quæ me taphiſica dicitur. Præter hæc autem cum duplex ſit intellectus ſpeculatiuus & pratticus ut quiſq; ſecun dum alterum potior erit ita conuenientia illi ſtudia ſequi debebit. Sunt inſuper limitata & quem ad modum in iure dicunt glebæ aſcripta quædam īge nia quæ cum cæteris imbecilia ſint in uno tamen aut altero ualent eximie ea autem ſola ſunt illis permit tenda in quibus ſolis plurimum poſſe iudicantur. Verum ariſtoteles quidem uoluit liberalibus ſcien tiis non nimis indulgendum nec immorandum eſſe ad perfectionem quidem hominum uitam negocio ſamque reſpectans. Nam qui totus ſpeculationi & litterarꝫ illecebris deditus ē is ē forſitā ſibi ipſi carus at parū certe utilis urbi aut prīceps eſt aut priuatus

Aufrecht

Ac de doctrinis quidem & ingeniis ac utrorumque generibus ita uidetur diffiniendum in quibus eſt id ante omnia animaduertẽdũ qđ nõ modo maiora illa præcepta quæ prouectioribus tradũtur ſed & prima quoque artiũ elementa ab optimis præceptoribus accipe cõuenit & ex autoribus libroꝝ nõ qbuſlibet paſſim ĩmorari ſed optimis qua ratione & Philip pus rex macedonũ primas litteras ab Ariſtotele di ſcere Alexãdꝝ uoluit & ueteres romãi ſuos liberos ſcholæ mãcipãtes in uirgilio primũ erudiri curabãt optima utrique ratione. Nam quod teneris menti bus inſitum eſt alte radices mittit nec facile poſtea ulla ui diuelli poteſt ergo ſi melioribus ĩ initio aſſue uerint illos habebunt præcipuos & ueluti ducibus ſemper utentur Sin uero errores ullos imbiberint his duplici tempore opus erit primum ut errores excutiãt ac deinde ut uera præcepta condiſcãt Quã ob rem Timotheus muſicus ſuo tempore illuſtris Timotheus
qui ob multiplicatas in cithara chordas & nouorum modorum adinuentionem ſparta iuſſus eſt exꝑ'are ab diſcipulis quidem qui nihil apud alios profeciſſẽt certam paciſcebatur mercedem. Ab his uero qui ex aliis quidpiam edidicerant duplam exigebat In diſcendo autem ſolet eſſe pleriſque impedimento id quod magno adiumento eſſe debuerat multa ui delicet cupiditas diſcendi qua fit ut dum omnia pari ter cõplecti uolũt nihil tenere ualeant ut enĩ ſupflu us cibus non nutrit ſed ſtomacum quidem faſtidio

afficit reliquum uero corpus aggrauat atque infirmat Ita multa rerum copia simul ingesta memoriæ & facile in præsenti elabitur & in futurum imbeciliorem uim eius reddit Semper igitur multa legant disciplinæ studiosi sed pauca quottidie deligant quæ dequoquere eorum memoria possit sicque tria aut quattuor pluraue ut cuiusque uis erit aut ocium pro eius diei præcipuo lucro seorsum reponant alia uero legendo id cõsequẽť ut quæ iam didicerunt meditatione saluent quæ uero nondum quottidie magis familiaria sibi legendo faciant. Huic autem nimiæ sciendi discendique cupiditati coniuncta solet esse inordinata quædam curiositas inuestigandi cum enim multa de singulis asciscere student uariis imo tempore disciplinis incumbunt & nunc illac nunc hac referuntur aut nunc quidem unam uiribus totis amplectuntur. Inde uero ad modicum illa reiecta aliam atque aliam Quæ res non modo prorsus inutilis est sed & uehementer etiam damnosa. Nam ut in re est & prouerbio dicitur acescunt uiua quæ sæpius trãuasantur. Itaque immorari uni rei decet & eam omni studio prosequi disciplinasque eo ordine capere ac tentare quo sunt a suis autoribus traditæ. Nam q libros inordinate legunt nunc a fine facientes initium nunc media interlegentes & quod primum esse debuerat postremũ accipiũt. Hi autẽ temere nihil aliud legendo ꝓficiunt quam ut omnia neglexisse uideanť. De libris autem qui sunt eiusdem disciplinæ ita quidẽ ꝑmultos uersari cõuenit ut meliores sẽꝑ præcipuos habeamus

Nec uero par omnibus labor suscipiendus est sed uni cuique pro modó rationeque ingenii sui Est enim ut sic dixerim in quibusdam ingenii quidem acies plumbea in quibusdam uero ferrea quibus est plumbea siquidem & obtusa est parum ad disciplinas ualent quibus uero est ingenii acies acuta quidem sed molis & quæ facile retundi possit Hi inter studendum crebris interpellationibus indigent qui nisi primo impetu penetrent quo uolunt quanto dehinc magis intenderint magis hebescunt Qui uero ferreum sortiti sũt ingenium siquidem & acutum his nihil imperium est nisi eo perrumpere uelint ubi frangi omnia necesse est Sin uero obtusum assiduo tamen studio difficultates omnes euincunt. Itaque si quid non ĩtellexerint non protinus respuant quod superborum est aut quod pusillis euenit animis desperent magis autem in intentiõe perseuerent. Sed & illud quoque per plurimum uerum est acutiores ingenio minus ualere memoria & q celeriter capiunt retinent minus. Ad saluandam igitur confirmandamque memoriam maxime affinis est illa Catonis ratio qua uti se dicebat ut quidquid die egerat uiderat legerat uesperi commemoraret tãquam diurni a se negocii rationem exigens non modo qui negocii sed & ocii quoque uolebat reddendam esse rationem Ita igitur & nos omnia quidem si possumus reminisci curabimus si minus ea saltem quæ præcipua nobis delegimus tenacius complectemur. Proderit autem & de communibus studiis una cum sodalibus crebro

Cato

conferre acuit enim ingenium disputatio linguam eru
dit memoriamque confirmat ac nō modo multa dispu
tando discimus sed & quæ sic discimus melius scimus
aptius eloquimur & firmius recordamur Sed & alios
quoque docendo quæ didicimus non parum & ipsi iu
uabimur Optimum namque proficiendi genus est do
cere quæ didiceris Verum euenit omnibus fere discen
tibus ut si quid ab initio bene profecerint protinus ma
gna sese de disciplinis consecutos arbitrent̃ & iā quidē
ut docti disputent sententiasque suas obnixe tueri uelīt
quod eis plurimū officit Primus & enim ad disciplinas
gradus est posse dubitare nec est quidquā discentibus
tam inimicum quam ut nimis de ꝓpria eruditione præ
sumant aut de ingenio sibi confidant quorum alterum
discendi curam tollit alterum minuit sic enī ipī se fallūt
in qua re minime necesse est Neminem autem facilius
est fallere quam se ipsum neminem damno maiore de
cepimus fit autem id ideo quoniam nūdum diuerticula
& anfractus ac precipitia quæ in scientiis latitant perpē
dere inexpertis licuit Quibus euenit ut aut de libris
pleraque male corrigant quæ bene per se nequeūt ītel
ligere aut imperitiam scrptorum negligentiamue cul
pantes multa sponte prætereantur non intellecta ue
rum eas opiniones studium & perseuerantia excutiet
fient autem commode omnia si rite tempora dispensa
bunt̃ si singulis diebus statutas horas litteris dabimus
neque ullo negocio abstrahemur quominus aliquid
quottidie legamus Nā si Alexander ī castris lectitare

plurimum solebat si Cæsar etiam cum exercitu profi ciscens libros scribebat & Augustus Mutinensi bello rem tantam adortus semper tamen in castris legere aut scribere quottidieq; declamitare cõsueuerat Quid poterit urbano ocio interuenire quod nos diu prorsus a litterarũ studiis auocet Vtile autem est ut uel cuiusli bet minimi tẽporis iacturam pro magna deputemus & ita temporis quem ad modum & uitæ ac salutis rati onem habeamus ut nihil inutiliter nobis depereat ue luti si inertes horas & quæ apud cæteros ociosæ sũt aut studiis leuioribus dabimus aut lectione iocunda transi gemus Bonæ & enim rationis est ea quoq; bona colli gere quæ solẽt negligere cæteri ut si quis super cœnã legat & somnũ qdẽ inter libros expectet aut certe per libros fugiat quanq̃ physici obesse ea uisui luminibus que contendunt quod & uerũ est si modo præter mo dum id est aut intentione nimia aut super multam satu ritatem id fiat Sed & illud quoque proderit non nihil si intra bibliotecas nostras coram atq; in oculis instru menta hæc cõstituamus quibus horas ac tẽpora metiri solent ut quasi tempus ipsum fluere labiq; uideamus & si eis ipsis locis ad nihil aliud q̃ ad quod instituta sũt utemur nullam ibi aut occupationem aut cogitationem externam admittentes Hæc autem quæ dicta sunt ma iore cura & studio prosequantur hi quibus est ĩgeniũ ad disciplinas aptius q̃ corpus ad bella qbus uero & in genium uiget & corpus est ualidum eos oportet utri usq; curam habere & animum quidem ita formare ut

Cæsar
Augustus

uere possit discernere & ratiōe uelit imparare corpus uero & fortiter ferre ut facile parere possit ac denique ita nos totos comparare ut semper parati simus nō ad inferendā uim sed ad arcendū iniuriā aut si uim quoque adhibere permittimur nō prædæ cupiditatisue gratia sed pro imperio gloriaque decertare Maxime uero principibus conuenit in militari disciplina instructos esse Nam eos quidem oportet & pacis & belli artibus abundare & posse exercitus deducere & ipsos corpore suo cum opus fuerit depugnare Quod ita esse debere Alexander qui magnus est cognominatus ut facto semper ita uerbis sepe significabat Nam quotiens de homeri uersibus cuius studiosissimus erat inter amicos ut fit contentio incidisset qui nam esset ex hominibus elegantior illum semper unum eximie præferebat qui est de Agamemnone scriptus

quasi eundē deceat qui bonus est rex fortem etiam esse pugnatorem Exercēdum est igitur ab ipsa infantia corpus ad militiam & animus ad patientiam formandus Ac ueluti equos solent manu deducēdus est in stadium ut per puluerem ac sudorem ferre facile solem laboremque assuescat Nā ut in arboribus tenues quidem ramusculos persæpe uidemus magnam pomorum uim de se natam a primis floribus ad iustam magnitudinem perferre eoque onere & si plane quidem flecti minime tamen frangi quod nisi sensim excreuisset ualidiores quoque ramos appensum euerteret ita & homines nisi a pueris primo ac de

inde per omnes ætates patientiæ laborum et animo
et corpore assuescant si qua postea difficultas rerũ ĩmi
neat frangũtur protinus neque ferre uim aduersam ua
lent Quod ipsum & magnorũ legis latorum quos ue
tustas celebrat Minois ac ligurgi autoritas monet Cre
tensium quidem enim ac lacedæmoniorum leges labo
ribus erudiebant iuuentutem nõ modo ad patientiam
corporis sed ad continentiam animi quos foris educã
dos exerceri ĩ uenationibus ac per hæc currere saltare
esurire sitire algere æstuareq; iubebãt ut sic exercitatis
uti facile ad militiam possẽt Nam deliciæ quidem ani
mos hominũ corporaq; dissoluũt labor uero cõfirmat
& ĩdurat Itaq; nõ nisi ĩdurati laboribus durare ĩ labori
bus possũt Qui autẽ ita cõsuescẽt & aĩo & corpore utẽt
facile cum opus erit ad pericula & difficultates omnes
subeundas quo in genere neq; ex ueteribus neq; ex no
stris ullum exemplum illustrius proponere tibi ualeo
quam parentem tuum Libenter enĩ ut ipse uides ma
iorum tuorum imagines tibi ꝓpono eosq; crebro stu
deo ad memoriam tuam reuocare quoniam & est in
illis quod magnifice sequi ualeas & domesticis exem
plis solent homines magis excitari Nam ut gloriosũ
est suos benefaciendo uincere Ita turpe iudicari solet
ab his quorum uirtutem honori nobis ducimus uita
moribusq; degenerare Sed ad parẽtẽ tuũ redeo cui cũ
innumeræ tribui laudes possint ipse tamen de se nulla
re magis quã laborum patientia gloriari solet Est enĩ
id quod uidemus ita ad labores impiger & in ꝑiculis

audax ut nec molem corporis ferre se ullam aut esse mortalem genitum arbitrari uideatur ex contemptu nã que laborum mortis quoque innascitur contemptus & cresit audatia qua ita ille ĩtrepidus quæq; difficilia ag greditur ut nihil metuere credendus sit præter id for sitan unum ne seni mori sibi contingat Quod ratione optima sentire mihi uidetur spectanda est enim semp uirtus & ad facta præclara intẽdendus est animus de uita non magno opere curandum quisquis enim mun danas res extimatione debita pẽsabit facile cognoscet & fructus diu uiuendi minores esse q̃ ut longa uita ex peti magno opere debeat & casus maiores quã ut uel breuis sperari possit Decet igitur & honeste ĩ pace ui uentem & in bello fortiter facientem cætera quidem æquaminiter ferre mortem uero quandocumque ad ueniat placide admittere plerumque etiam cum occa sio aut necessitas postulat illi occurere nõ enim timeri id oportet ne parũ forte uixerimus sed ne id ipsũ qd' uixerimus parum uixisse uideamur Habet namque omnis etas ut edere magnificum aliquid possit Scipio qui postea primus aphricanus est appellatus uix dum pubes sub patre pro patria aduersus pœnos militans cum Hanibal romanos ad ticinum fudisset patrẽ ipsũ consulem belliq; ducem affectum graui uulnere & ab hostibus circũuentum periculo exemit sicq; ex qua pu gna uix ueteranis fugere contigit Scipio id ætatis con sulem ducem ciuem & patrem non minus pie quam fortiter faciendo seruauit cumulatamque & publico &

Scipio

priuato merito laudem rettulit Aemilius quoque le
pidus puer productus in pugnam eodem congressu
& hostem occidit & ciuem seruauit In cuius memoriã
rei statua illi prætaxata ex senatus consulto ĩ capitolio
posita est ut & cæteri exemplo accenderentur Et auto
ri tam præclari in ea ætate operis suus honos haberet̃
sed & tu quoque nisi tuas tibi laudes inuiderimus utro
que illorum minor ut cras natu apud Brixiam nuper
cum esses in exercitu germanorum progredi ausus es
in hostes armatus quantum cæterorum nemo militũ
offerre se sustinuit Quo quidem facto nescio quibus
magis an hostibus admirationi an uero amicis rubori
fueris Ita igitur a primis annis instituendi sunt pueri
ut & audere magna possint & difficila tolerare Quid
enim est illud de lacedæmoniorũ pueris Nam hi quidẽ
de cura educationis eorum plurimum apud ueteres cõ
mendãtur Quos spiritus gignere mos ille debuit qui
bus consuetum erat in concertatione æqualium patien
tiam tantam præstare ut ui deiecti aut casu inter luctã
dum collapsi necari se potius exanimariq; paterentur
quam uictos fateri se uellent Quid enim mirum Nã
& ad aram sic uerberibus accipi solebãt ut multus sem
per e corpore sanguis flueret plerumque etiam spiri
tum exalarent nemo tamen aut exclamauit unquã aut
uix minimum doloris signũ edidit Ita domi formata
iuuentus ea demum militiæ opera gerebat quibus ue
tusta omnis memoria plena est Nam quid audire ees
aut a duce aut a patribus par erat cũ ĩ hostes pgressuri

Aemilius Lepidus

Lacones

per blanditias monerentur a matribus ut aut uiui arma referrent aut mortui in armis referrentur quoniã tradere arma hosti aut ea abiicere fugiẽtes peius morte iudicabant Igitur illi ut partes corporis & curabant ea & tuebantur nec mirum si se uiui in armis crebro spectandos exhibebant qui etiam mortuis fore ea sibi decori relata existimarent præstat autem consuetudo usus que deferendi ut armis æque ac membris aut uestibus utantur nec uideatur ex eis corpori onus adiectum Nam nisi ita fuissent romanæ legiones longa assiduaque exercitatione institutæ ab exercendo namq; exercitus dictus est quo nam pacto potuissẽt pedibus in agmen procedere ac plerumque citatum arma primum deferre uallum insuper & si cuius rei ad quottidianum egerent usum ac super hæc una sæpe quindecim aut eo amplius dierum cibos onus Iumento difficile qui ergo erunt aut armorum aut litterarum studiis dandi quando quidem hæ sunt liberalissimæ artiũ maximeque principales ꝑterea quod & maxime principes deceant simul ac membris uti per ætatem licebit armis asuescere debebunt discendisq; litteris primis tradendi erunt cum primum poterunt uerba formare Iamque abinde rerum illarum ac studiorum quæ sunt per uitam acturi debent quædam quasi libamenta gustare talibusque exerceri rudimentis Sed & hæc utraque ipsa facile exequi inuicem poterũt ut certas horas ad exercitium corporis habeant & item certas litterario ludo deputent ac non modo quidem pueros sed

et uiros decet hoc facere quod et theodosium principẽ facere solitum perhibent ut die quidem aut exercere tur in armis aut de subditorum negotiis iure dicendo decerneret nocte uero libris incumberet ad lucernam ac de litterarum quidem studiis supra satis quod uisũ est diximus reliqua persequamur Ea igitur exercitia suscipienda erunt quæ bonam ualitudinem saluent & robustiora membra reddant in quo erit unius cuiusq; naturalis dispositio dilig̅eter attendenda Nam qui sũt habitudine corporis moli atque humida fortioribus exercitiis sicandi indurandique erunt cæteri leuius & quibus sanguis facilis est inflamari eos ardente sole q eicere conuenit Sed & ætatis quoque habenda erit ratio ut usque in tempus pubertatis leuioribus oneribus subiiciantur ne uel ætatis neruus frangatur aut impediatur corporis augumentũ post pubertatem uero grauioribus laboribus edomandi erunt & impuberes quidem magis ad intellectum decet erudire hos uero ad mores Item illos ad disciplinam curare hos uero magis ad robur & ualitudinem corporis Quantum autẽ sit momentum in exercẽdis iuuenibus & quæ cura adhibenda exemplo sit marius q ut autor est Plutarchus cum esset senex & multa corporis mole grauis uir tanta belli gloria per pacem tamen ut filium militaribus officiis atque actibus institueret quottidie cum adolescentibus ueniebat in campum & exercebatur una per hæc namque adumbrata certamina ad ueras pugnas audactiores doctioresque perueniunt nam nisi esset

utilis hæc pugnandi disciplina quæ per pacem atq; in ocio quæritur frustra non temere P. Rutilius consul armorum tractandorum disciplinam primus accipere milites uoluisset qui doctoribus gladiatorum urbe acitis meditationem hanc uitandi atque inferēdi ictus penetrare in castra iussit ut miles non solum uiribus & audacia quibus antea solis nitebatur sed etiam arte industriaque ualeret Docendi sunt igitur iuuenes quæ in hunc usum pertinent ut posse hostem gladio quidē dextra ferire sinistra uero breui umbone se tegere Ensem ueru fustem lanceā utrisque manibus tractare & nunc quidem se effundere nunc uero denuo sub clipeū cogere punctim cæsimque sine difficultate ferire Exerceri quoque decet in cursu saltuque lucta ac pugilari certamine iaculari quam longissime recte sagittare uibrare sudes saxa rotare equos domare eosque nunc ad cursum aut saltum ad actis urgere calcaribus nunc item flexis habenis medio cursu præuertere & ita in utrumque se parare ut eques & pedes pugnare quisq; facile possit Equitum quoque occursus dum se se telis infestis petunt & audactiores facere solet & ad pugnā doctiores cum & cuspidem suam ubi ītenderint locare didicerint & contra se uenientem aciem immotis luminibus perferrere Armorum uero species quem ad modum & uestimentorum quottidie uariat usus eam autē mutationem ita sectari oportebit ut experiamur singula meliora uero semper teneamus Similiter autē

& pugnandi consuetudines uariari solent Nam olim quidem temporibus priscorum heroum curribus duces depugnare consueuerunt Postea uero apud romanos maxime pauci equites aut certe non multi Vis autem exercitus pene tota in peditibus erat nūc nemo curribus omnes fere in equis bellantur Quod autem in usu est si modo præstat seruare conuenit & per campestres exercitationes assidue id meditari ac denique oportet ad singula certaminum genera præexercitatos uenire nam aliter in tumultuaria pugna agendum est aliter cum tota decernitur acie aliter quando cōcurrūt manipuli aliter cum duello confligitur Nam pleriq; in acie fortissime uisi sunt dimicare qui cum essent ad singulare certamen prouocati animo uiribusque torpuerunt Quamquam disciplinæ hoc genus quod per ocium quæritur longe impar est ei quod inter bellorum tumultus per indigentiam rerum omnium uerosque terrores discitur Itaque monebat flaccus angustā amice pauperiem pati Robustus acri militia puer condiscat & parthos feroces uexet eques metuendus hasta uitamque sub diuo & trepidis agat in rebus Sic enī ad illa maiora peruenietur quæ futuros bellorum duces & usu & ratione consequi oportet ut quibus artibus ducendus sit exercitus quibus locis castra statuenda quo ordine locandæ acies qua quis ratione præuenire hostium consilia possit ac more belli insidias illis ponere & ab iis positas cauere hostilis exercitus

milites distrahere suos autem metu beniuolentiaque continere nec militarem unquam remittere disciplinā Vt enim uirtus militum ducibus laudem parere solet Ita & illorum peccatum culpæ plerumque ascribitur ducis nō æque uero ex benefactis gloria atque ex peccatis ignominia nascitur Ipse omnia quæcūque tempus habent prædeliberata exequi debet nec ut in re noua aut subita tumultuari neque enim stare militum animi possunt cum ducis consilium labat Milites uero ipsos oportet natura quidem fortes existere bellandique artibus īstructos animi multum habere armorum qđ satis sit alimentorum uero non nisi quod necessitati suppetat Quæ igit̄ sit ducisq; militis partes qđ eqtis qđ ue peditis sit officium usus atq; experiētia docebit quæ profecto ex re ipsa late refert quā melius cognoscere liceat quam aut uoce percipi aut ullis tradi litteris possint tam & si extent de re militari libri a magnis uiris editi qui ne utique tibi erunt negligendi Sed & machinarū quoque uim usumque nosse ducem oportet Cuius rei solertissimum esse tuum parentē uides quo nescio an quisquam maiore studio quæsierit aut eius generis plura forte pararit Postremo ut ab his rebus non aliena natandi quoque peritia adolescentibus adhibenda est in qua & Augustus Cæsar nepotes suos Nam filios quidem nullos suscepit Ita erudiri studuit ut & ipse plerumque per se doceret Nam & a magnis periculis liberare homines solet & ad nauales pugnas transmissionesque fluminum audatiores reddit

Et in hoc toto quidem genere rerum quæ ad militaria pertinẽt exercitia habes quos imittere germanos tuos maiores Franciscum & Iacobum magnanimos uiros & in armis late cognitos omnique prudentia & mode ratione insignes quos te decet semper ut facis omni fi de ac pietate colere & ita illos probe imitari ut minori bus & exẽplo uirtutis & præsidio ad casus esse ualeas Optime quidem enim generis humani societas cõsta bit si sancta sint iura sanguinis & erga superiores qui dem reuerentia ad inferiores uero humanitas cum pa ribus autem moderatio facilitasque seruabitur Verũ quoniam in opere non semper uersari possumus Sed oportet interdum laxamenti aliqd indulgeri huic ipsi generi modum rationemque nunc præscribamus Pri mum itaque præceptum est id quod potissimum ut ne quis turpis ludus aut noxius suscipiatur nec nisi quan tum aut acuat industriam aut corporis uires exerceat nam quod Scipio lelius & interdum augur Sæuola q fuit Lelii gener soliti sunt dum animi remissioni uaca rent in littoribus maris aut alueis fluminum calculos conculasq; lectitare fiebat ĩ his prorsus necessitate q̃dã nã non nisi functi magnis laboribus aut cũ essent ætate iam prouecta ad hæc ipsa ueniebant Sed laudabilior ĩ hoc genere forsitan idem Sæuola qui optime pila dici tur lusisse quod scilicet forensibus negotiis & ĩter præ trandi ciuibus iuris labore fatigatus ad hoc potissimũ ociũ recreãdaꝝ uiriũ eã cõfirmãdoꝝ q; lateꝝ se se cõfe rebat Est eiusdẽ generis uenatiõis aucupii piscationũq;

cura quæ & delectatione plurima afficiunt animum & uim membrorum motu laboreque confirmant Leuiter auſterum ſtudio fallentem laborem ut inquit Oratius Nam hæc niſi tanta uoluptate condirētur quis eſt qui ſponte ſubire tantum laborem uellet at perferre ulla ui poſſet quanquam hoc ipſum ligurgi legibus ſtudium erat non ocium adoleſcentum Aut ſi hæc forſitan grauiora uidebuntur quam ut de ſtudio feſſos leuare poſſint licebit aut prorſus quieſcere aut leuiter adequitare aut deambulare ſuauiter licebit etiā iocis nuicem ac ſalibus uti modeſtis qui lacædemoniorum iper ocium mos erat Quam autem ferat ea res utilitatem in uita ligurgi perſcriptum eſt Sed nec erit quidē indecens cantu fidibuſque laxare animum qua de re ſuperius eſt habita nobis mentio Nam & pithagoræorum mos hic erat & fuit quōdam priſcis heroibus celebre ut Achillem Homerus inducit a pugna redeūtem in hac re ſolitum adquieſcere non quidem amatorias cantiones ſed uirorum fortium laudes modulantē Ita ergo per ocium poterimus aut ipſi facere aut aliis facientibus iudicare & eos modos amplecti qui conuenientiores temporibus nobiſque uidebuntur Nam ſiculi quidē modi ad remiſſionem animi magis faciunt & quietem gallici uero contra ad excitationem & motum Itali autem inter hos medium tenent Et item quæ pulſu aut cantu fit melodia decentior eſt quæ uero ſpiritu atque ore minus uidetur ingenuis cōuenire Sed & ad ſones ſaltare & muliebres ducere choreas

Achilles

Siculi
Modi Gallici
Itali

idigne Viro uoluptates uideri possint tã &si sit in his rebus fructus aliquis quoniam & corpus exercent & multam membris dexteritatem adiiciunt si non la sciuos iuuenes redderent eorumque mores bonos ni mia uanitate corrumperent. non ita tabulæ ludus quo niam pugnæ speciem præfert hostilisque certaminis quem palamedes troiano bello ut uetustissimi autores tradūt adinuenit ut uel hoc negocio milites occupatos teneret ociosumque auerteret a seditionibus excitum Aleæ uero lusus aut cupiditatē habet minime libera lem aut indecentem uiro molitiē Nam qui lucri causa id agunt maioris quæstus negocia commodius agerēt qui uero uoluptatem inde uenantur tardiusculi sunt quod aliud nihil possunt inuenire in quo honestius de lectentur In his igitur ludis delectari conuenit qui ar tis aliquid aut certe plurimum casus uero quam mini mum habeant nisi forsitan ea nō putet quis arte uacare de quibus rebus sit ratio litteris tradita aut maiestate motus autoris non putet indecorum facere de quo is decorum sibi scribere existimasset Nam Claudius Cæsar de aleæ ludo librū edidit quo studio delectari solent qui sunt in hoc unum diligentes ut omnem sub stantiam negligant Aut certe ut uniuersum uitæ tem pus amittant His autem quibus litterarum studia uo luptati sunt uarietas lectionis solatium afferet nouaq; lectio ueteris fastidium tollet Interdum tamen etiā opus est prorsus ut uidetur nihil agere omninoq; ope uacare ut sufficere demum operi laborique possumus

Nam qui semper intentissimus est neruus nisi remit
tatur aliquando rumpi solet tam &si nullum est tẽpus
laboriosius sapienti quã quo nihil agit si modo potest
sapiens nihil agere Quosdam autem accepimus ĩ hũc
modum tempus distribuere solitos ut per diem ac no
ctem tertiã partem somno permitterent tertiam refe
ctionibus ac uacationi reliquum liberalibus studiis da
rent quorum ego nec damnare rationem satis audeo
neq; probare penitus possum Id autẽ affirmare possũ
& audeo eo minus elabi nobis ætatis atq; hoc nos diu
tius uiuere quo plus temporis bonis studiis mancipa
mus.

Llud uero de corporis cultu nunc postre
mum attingamus ut sit decens neq; nimiũ
exquisitus neque prorsus neglectus sed
cum rei loco temporiq; tum maxime per
sonæ conueniat neque enĩ sedere in litteratoria schola
coronatum aut subducta ueste conuenit aut in certamẽ
armorum fluxa toga manuleatũ ue prodire nec uero
principis filium æque cum plebeio uili sordidaque uti
tunica aut trita chlamyde se præbere spectandum Ni
mia autem cultus uenustatisque cura muliebrem ani
mum designat & multæ uanitatis argumẽtum est ĩdul
gẽda sũt tamẽ adolescẽtibus q̃dã neq; oĩa eorũ peccata
seuera sũt aĩaduersiõe punienda nisi enĩ ex pte aliqua
iuuẽtutẽ expleuerĩt ætatis illius uicia cõferẽt ĩ senectutẽ

Hæc ego ad te ubertine scripsi ut sum in initio pollici
tus non tam ut commonefacerem quid fieri a te opor
teret q̃ ut te ipsum ostenderem tibi qui si naturam se
queris ducem nihil monitore opus habes ad summã
uirtutem optinendã nisi enĩ a te ipso deficias præclara
de te omnia polliceri indoles tua uidetur Laudes autẽ
si quas tribuere tibi sum uisus ita a me uelim accipias
ut magis illas calcar ad benefaciendum existimes quã
benefactorũ præmiũ esse Adiuti igitur sumis uiribus
te conuenit ut eum te præstes uirum qui his tam gene
rosis adolescentiæ tuæ primordiis digne respondeat
ne aut tu naturæ muneribus male usus aut illa in te tã
egregia indoles mẽtita uideatur neue ego si quid mea
causa tangeris aut falsus de te uates aut uanus prædica
tor extiterim Si probe itaq; gesseris habebis quidem
ab omnibus præsentem laudem a me uero etiam litte
ris si qua nobis eiusmodi facultas erit posteritati com
mendabere Si minus unus ero qui audeam^v plane di
cere idq; palam fateri nihil tibi nisi te ipsum uideri de
fuisse.

PETRI PAVLI VERGERII IVSTINOPO
LITANI DE INGENVIS AC LIBERALI
BVS STVDIIS LIBER EXPLICIT


LIBRERIA
GUICCIARDINI